

Año XXXIV. JUEVES 24 DE AGOSTO DE 1893 Núm. 60.

# BOLETIN OFICIAL

DEL

## OBISPADO DE OSMA

SE PUBLICA EN DIAS INDETERMINADOS, EN MEDIO, UNO O MAS PLIEGOS

### GOBIERNO ECLESIASTICO

SEDE VACANTE.

#### SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

#### PAPAE XIII

EPISTOLA

DE COLLEGIIS CLERICORUM INDIIS ORIENTALIBS INSTITUENDIS

VENERABILIBUS FRATIBUS PATRIARCHIS PRIMATIBUS ARCHIEPISCOPIB  
ET EPISCOPIB ALIISQUE LOCORUM ORDINARIIS PACEM ET  
COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS

#### LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES

*Salutem et Apostolicam Benedictionem.*

Ad extremas Orientis oras, Lusitanorum felicitate virtu-  
teque exploratas, quo tam multi quotidie aspirant ad opu-  
lenta commercia, Nos quidem, rerum longe maiorum spe

550  
proposita, iam inde ab exordio pontificatus mentem et cogitationem  
appulimus.—Obversantur animo caritatemque in Nobis vehementer  
excitant immensa illa *Indiarum* spatia, in quibus, tot iam sæcula,  
evangelicorum virorum desudat labor. In primisque beati THOMÆ  
APOSTOLI venit in mentem, qui promulgati ad Indos Evangelii iure  
fertur auctor: itemque FRANCISCI XAVERII, qui longo intervallo in  
eamdem laudem acriter incubuit, constantia et caritate incredibili  
assecutus ut centena Indorum millia ad sanam religionem et fidem  
a Brachmanarum fabulis atque impura superstitione traduceret. Sanc-  
tissimum virum complures ex utroque ordine Cleri, auctoritate missu-  
que Sedis Apostolicæ, postea subsecuti, christiana sacra et instituta,  
quæ Thomas intulit, quæ Xaverius instauravit, tueri ac provehere  
diligenter conati sunt, hodieque conantur. Nihilominus tam vasto  
terrarum tractu quanta vis mortalium adhuc abest a vero, miseræ  
superstitionis circumiecta tenebris! quantus, nominatim ad septen-  
triones, ager ad accipiendum Evangelii semen nondum ratione ulla  
subactus!

Ista reputantes animo, plurimum quidem benignitate misericor-  
diaque confidimus Salvatoris nostri Dei, qui opportunitates maturi-  
tatesque impertiendi luminis sui unus novit, quique hominum men-  
tes ad rectum salutis iter occulto auræ cælestis afflatu solet impelle-  
re: at vero, quoad in Nobis est, dare operam volumus et debemus ut  
tanta pars orbis aliquem vigiliarum Nostrarum sentiat fructum.—  
Hoc proposito, cum intentum animum haberemus si qua ratione rem  
christianam in Indiis Orientalibus ordinare aptius atque augere fas  
esset, nonnulla felici exitu constituimus, incolumitati catholici no-  
minis profutura. Primum sane de patronatu Lusitanæ gentis in  
Indiis Orientalibus regundo, cum fidelissimo Portugalliæ et Algar-  
biorum rege, data acceptaque fide, rite pacti sumus. Eoque facto  
dissidia illa profecto non levia, quæ tam diu christianorum distraxe-  
rant animos, sublatis contentionum caussis, quieverere. Maturum  
præterea ac salubre iudicavimus, ex singulis christianorum commu-  
nitatibus, quæ Vicariis Præfectisque apostolicis antea paruerant, Dicc-  
ceses veri nominis conflari, quæ suos haberent Episcopos, ac iure  
ordinario administrarentur. Propterea, per Litteras apostolicas *Hu-  
manæ salutis*, die 1 Septembris an. MDCCCLXXXVI datas, nova in illis  
regionibus Hierarchia constituta est, quæ octo ecclesiasticis provin-  
ciis continetur, scilicet Goana, titulo patriarchali ad honorem aucta,  
Agrænsi, Bombayensi, Verapolitana, Calcuttensi, Madraspatana,  
Pondicheriana, Columbensi. Denique quidquid illic frugiferum saluti  
fore, quidquid expedire ad incrementa pietatis et fidei intelligamus,  
efficere per sacrum Consilium Nostrum christiano nomini propagan-  
do constanter studemus.

Sed tamen res est una reliqua, unde Indiarum salus magnopere  
pendet; ad quam rem vos, Venerabiles Fratres, et quotquot humani-  
tatem diligunt nomenque christianum, volumus maiorem in modum

attendere. Scilicet fidei catholicæ apud Indos intuta incolumitas est incerta propagatio tamdiu futura, quoad Clerus desiderabitur lectus ex *indigenis* ad munera sacerdotalia probe institutis, qui non solum adiumento esse sacerdotibus peregrinis, sed ipsimet in civitatibus suis rem christianam administrare recte queant. Proditum est memoriæ, hanc ipsam insedissem sententiam Francisco Xaverio, quem negare aiunt solitum, rem christianam constare in India posse firmiter, nisi assidue incumbantibus piis strenuisque sacerdotibus India natis. Eaque ille in re quam acute viderit, facile apparet. Nam apostolicorum virorum operam, qui ex Europa advehuntur, multa præpediunt, maxime vero vernaculi inscientia sermonis, cuius perdifficile est arripere cognitionem; itemque insolentia institutorum atque morum, quibus ne longo quidem tempore assuescitur: ita ut necesse sit, europæos Clericos illic ut in alieno loco versari. Quapropter cum ægre se multitudo credat peregrinis, perspicuum est, sacerdotum indigenarum longe futuram fructuosiorum operam. Explorata enim habent studia, ingenium, mores gentis suæ: norunt loquendi, norunt tacendi tempora: denique Indi inter Indos sine ulla suspitione versantur: quod vix attinet dicere quanti sit, maxime in rebus trepidis.

Deinde oportet animadvertere, Missionarios peregre advectos multo pauciores esse, quam ut excolendis iis, quæ nunc sunt, christianorum communitatibus sufficiant. Id plane eminet ex tabulis Missionum: ex eoque confirmatur quod Missiones Indicæ a sacro Consilio christiano nomini propagando alios atque alios Evangelii præcones implorare et flagitare non desinunt. Iamvero si culturæ animorum ne in præsens quidem sunt pares sacerdotes externi, quid in posterum, aucto christianorum numero? neque enim spes est fore ut eorum, quos Europa mittit, crescat pro portione copia. Igitur si placet Indorum saluti consulere, nomenque christianum in spem diuturnitatis fundare in illa infinitate regionum, legere ex indigenis opus est, qui muneribus officiisque sacerdotalibus, diligenti præparatione adhibita, perfungantur.

Tertio loco illud non est prætereundum, quod abest quidem à verisimilitudine plurimum, sed tamen fieri aliquando posse nemo negaverit: nimirum talia posse in Europa Asiave incidere tempora, ut vi ac necessitate cogantur Indias destituere sacerdotes advenæ. Quo facto, si Clerus indigena desit, qui posset religio salva consistere, nullo nec administro sacrorum nec magistro disciplinæ? Satis aperte hæc de re historia loquitur Sineusiam, Iaponiorum, Aethiopia. Scilicet plus semel apud Iaponios, apud Sineses, incumbantibus homini christiano odiis cladibusque, inimica vis, necatis vel in exilium actis sacerdotibus externis, pepercit nativis: qui linguam moresque patrios apprimendo, et propinquitatibus amicis subnixi, non modo impune manere in patria, sed rem sacram administrare, et officia quæ ad regendos animos pertinet, libere exequi in omnibus provinciis potuerunt. Contra in Aethiopia, ubi iam christiani ab biscentum

millia numerabantur, cum Clerus indigena nullus esset, cæsis vel pulsis Missionariis europæis, diuturni laboris fructum subitanea insectationis procella funditus sustulit.

Denique respicienda antiquitas est, quodque olim salubriter institutum videmus, id religiose servandum. Iamvero in apostolici perfunctione muneris, primum quidem imbuere christianis præceptionibus multitudinem; mox lectos ex popularibus nonnullos initiare sacris, et ad ipsum episcopatum evehere, fuit in more positum institutoque Apostolorum. Quorum postea secuti exemplum romani Pontifices, in mandatis dare apostolicis viris perpetuo consueverunt, ut ubi christianorum communitas satis ampla coaluisset, ibi Clerum ex indigenis deligere omni ope contenderent. Ut igitur incolumitati et propagationi catholici nominis apud Indos consultum sit, Indos instituere ad sacerdotium oportet, qui videlicet procurare sacra et popularibus suis christianis præesse, qualiacumque tempora incubuerint, commode possint.

Hac quidem de causa, Præfecti Missionum Indicarum, consilio hortatuque Sedis Apostolicæ, collegia Clericorum, ubicumque facultas fuit, condidere. Immo vero in Synodis Columbensi, Bangalorensi, Allahabadensi, ineunte anno MDCCCLXXXVII habitis, decretum est. ut Diœceses singulæ suum habeant Clericis indigenis instituendis Seminarium: si qui ex Episcopis suffraganeis suum habere inopia prohibeatur, in metropolitano Clericos diœcesanos alat suis sumptibus. Ista quidem salubriter decreta efficere Episcopi pro viribus nituntur: sed in eorum egregiam voluntatem transversa incurrit angustia rei familiaris, et penuria sacerdotum idoneorum, qui studiis præsent sapienterque regant disciplinam. Quare vix aut ne vix quidem Seminarium est ullum, in quo institutio alumnorum expleta comulataque habeatur: idque hoc tempore, cum rerum civilium Gubernatores et Protestantes non exiguo numero nullis parcunt nec impendiis nec laboribus, ut omnis erudiatur subtiliter ac polite iuventus.

Illud igitur perspicitur, quam sic opportunum, quam saluti publicæ consentaneum, constituere in Indiis Orientalibus Collegia quædam, ubi iuvenes incolæ in spem Ecclesiæ adolescentes erudiantur ad omnem elegantiam doctrinæ ad easque virtutes, sine quibus nec sancte nec utiliter exerceri sacra munera queunt. Amotis dissensionum causis per pacta conventa, ordinataque administratione Diœceson per Hierarchiam ecclesiasticam, si licuerit Nobis, quod propositum est, institutioni Clericorum apte consulere, quasi fastigium operi videbimur imposuisse. Nam conditis semel, uti diximus Clericorum seminariis, certa spes esset, sacerdotes idoneos magna copia inde extituros, qui pietatis doctrinæque lumen late fundarent, quique in disseminanda Evangelii veritate præcipuas industriæ suæ partes scienter insumerent.—In opus tam nobile, idemque infinitæ mortalium multitudini salutis, futurum, dignum est, aliquam Europæos conferre operam; præsertim quod pares esse mag-

52

nitudini sumptum soli non possumus. Christianorum est homines universos, ubicumque degant, in fratrum habere loco, et alienum a caritate sua putare neminem: idqui in iis rebus maxime, in quibus proximorum vertitur sempiterna salus. Quamobrem petimus a vobis magnopere, Venerabiles Fratres, ut consilium et conata Nostra re adiuvare, quantum in vobis est, velitis. Date operam ut in comperto sit rei catholicæ in tam remotis regionibus conditio: efficite ut vulgo intelligant, conaria aliquid pro Indiis oportere: idque maxime sentiant ii, qui posse beneficentia uti, optimum putant pecuniæ fructum.

Munificam populorum vestrorum voluntatem haud frustra Nos imploravisse, certo scimus. Si maior liberalitas fuerit, quam sumptus in Collegia supra dicta necessarii, quidquid erit ex ære collato reliqui in alia utiliter pieque cœpta curabimus erogandum.

Cælestium munerem auspiciem ac paternæ Nostræ benevolentia testem vobis, Venerabiles Fratres, et Clero populoque vestro Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die xxiv Iunii an. mccccxciii Pontificatus Nostri decimo sexto.

LEO PP. XIII.

## SECRETARIA DE CÁMARA Y GOBIERNO.

Desde el dia 1.º del próximo Setiembre hasta el 15 del mismo se hallará abierta en la Secretaria de Estudios del Seminario Conciliar del Obispado la matrícula para los cursantes de Latinidad y Humanidades; y desde el 16 hasta el 30 del expresado mes para los de las demás facultades. En ambos plazos serán respectivamente examinados los que no probaron curso en los últimos exámenes ordinarios, y tambien los que se presenten por primera vez á cursar en este Seminario.

Los alumnos que procedan de otros Seminarios acompañarán á su solicitud certificacion de cursos ganados, la de su buena conducta moral, que habrá de ser expedida por el Rector del establecimiento en que hayan estudiado, así como del respectivo profesor los que hayan estudiado privadamente la Latinidad.

Los que pretendan para internos presentarán en esta Secretaria de Cámara y Gobierno antes del 20 de Setiembre una solicitud dirigida al Muy Ilustre Sr. Vicario Capitulár, en la inteligencia de que despues de esa fecha no serán admitidos en dicho concepto, á no ser que prueben que tuvieron causa para no hacerlo en tiempo debido. Se observará con toda escrupulosidad en este punto lo establecido en los artículos 9, 10, 11 y 12 de los estatutos del Seminario. Podrá sin embargo ser causa de dispensa el vivir en casa de sus padres ó en compañía de eclesiásticos.

Todos los seminaristas usarán el traje que se determina en el artículo 105 de los estatutos.

Todos aquellos que habiendo probado el año de 4.º de teología, pero que por estar ocupados en el cargo parroquial no puedan asistir á las cátedras, podrán matricularse en los cursos que les faltan, si quieren completar la carrera, con tal que asistan á las respectivas cátedras los meses de Octubre, Enero y Marzo y se presenten á exámen. Y si ni aun esto les fuese posible á juicio del Ordinario, se les podrá dispensar de todo menos del exámen.

Ninguno será matriculado en primer año de carrera breve sin haber cumplido veinte años de edad y haber probado antes Lógica y Metafísica. Los matriculados en carrera breve tendrán dos cátedras diarias una de Teología Moral y otra de Dogmática.

A los fines que se dicen en el artículo 4.º de los estatutos se proveerán seis medias becas de gracia en la forma y modo que se establece en el artículo 5.º de los mismos estatutos; pero en la inteligencia de que los agraciados con ellas no adquieran derecho á las mismas más que por el tiempo que tenga á bien el Ilmo. y Rvmo. Prelado de la diócesis. Los exámenes de oposicion se harán en la primera quincena de Octubre. Lo que de orden de Su Señoría se publica en este BOLETIN para conocimiento de todos aquellos á quienes pueda interesar.

Burgo de Osma á 24 de Agosto de 1893.

PELAYO RUIZ, *Canónigo Secrio.*

Por la Subsecretaría del Ministerio de Gracia y Justicia se ha dirigido á los Rmos. Prelados la siguiente Real orden circular:

«Ilmo. Sr.: Suprimidos por Real orden de 23 del actual los derechos que por los conceptos de expedicion y Sello Real se venían cobrando para la expedicion de Reales Cédulas á los individuos del Clero catedral y parroquial, dichos documentos se tramitarán ahora de oficio, sin gestion alguna por parte de los interesados, y una vez terminados, se remitirán á V. S. I. los correspondientes á esa Diócesis por conducto de su Secretario de Cámara, á fin de que se sirva entregarlos á los respectivos agraciados, previa la imposicion de la póliza de cincuenta pesetas que marca para dichos documentos la vigente ley del Timbre.

De Real orden lo digo á V. S. I. para su conocimiento y efectos consiguientes.

Dios guarde á V. S. I. muchos años.—Madrid 28 de Marzo de 1893.

—J. DE GARNICA.»

# DONATIVOS PARA SOCORRER LAS NECESIDADES DEL ROMANO PONTIFICE.

Ó SEA

## DINERO DE SAN PEDRO.

	<u>Reales.</u>	<u>Cts.</u>
<i>Suma anterior.</i> . . . . .	888	»
D. Carlos Aguilera en el cepillo de la Iglesia de Velilla, 46.—Del mismo y cepillo de la iglesia de Alcozar, 48·07.—Del párroco y feligreses de Zárabes, 23·40.—D. Cándido Benito, 20.—Por la buena intencion de un Sacerdote, 60.—D. Valero Trigo, 8.—D. Félix Roncal desde Enero á Junio, 28.		

*Suma y sigue.* . . . . . 1121 53

### Limosnas recogidas el dia de Viernes Santo para los Santos lugares de Jerusalem.

	<u>Ptas.</u>	<u>Cts.</u>
<i>Suma anterior.</i> . . . . .	239	59
D. Tiburcio Cabezudo, 3.—D. Julian Marfagon, 3.—Del ecónomo y feligreses de La Vid, 4.—Del párroco y feligreses de Langa, 3·50.—Idem id. de San Martin de Rubiales, 1·50.—Idem id. de Caravantes, 1.—D. Ignacio Barona, 1.—D. Martin Dueñas, 2.—D. Cándido Benito, 5.—Del párroco y feligreses de Quintana Redonda, 4.—Idem id. de Las Cuevas de Soria, 2·25.—Idem id. de Povar, 1·50.—Idem id. de Villar del Campo, 1·50.—Idem id. de La Losilla, 2.—Idem id. de Quemada, 3·25.—Idem id. de Santa Maria de Gumiel de Mercado, 2.—Idem id. de Berzosa, 2·50.—D. Francisco Sanz, 2.—El párroco y feligreses de Castillejo de Robledo, 2·4.—De la testamentaria de Pascuala Saenz, 3.—Del párroco y feligreses de Castrillo de la Vega, 1,50.		

*Suma y sigue.* . . . . . 291 13

### Suscripcion con motivo del Jubileo Episcopal de su Santidad.

	<u>Ptas.</u>	<u>Cts.</u>
<i>Suma anterior.</i> . . . . .	1983	87
D. Bruno Lopez, 3.—D. Francisco Sanz, 1.—El párroco y feligreses de Castillejo de Robledo, 1·55.—Idem id. de Castrillo de la Vega, 6.		

*Suma y sigue.* . . . . . 1995 42

**Limosnas recogidas el día de la Epifanía para la abolición de la esclavitud en Africa, en virtud del mandato de Su Santidad, publicado en el Boletín.**

	Ptas.	Cts.
<i>Suma anterior.</i> . . . . .	156	83
D. Bruno Lopez, 2.—D. Francisco Sanz, 1'50.—El párroco y feligreses de Castillejo de Robledo, 1'29.		
<i>Suma y sigue.</i> . . . . .	161	82

## NECROLOGÍA.

En 4 de Febrero de 1893, falleció D. Cayetano Gómara, párroco de Gómara. En 26 de Febrero D. Andrés Perez Iturza, párroco de Soto de San Estéban. En 23 de Junio D. Félix Ibergallartu, Dignidad de Arcediano de esta Santa Iglesia Catedral. En 7 de Julio D. Quirico Contreras, párroco de Fuentecantos. En 21 de Julio D. Cándido García, párroco de Miñana.

### R. I. P.

## RENTAS DE LA IGLESIA ANGLICANA.

El *Financial Reform*, periódico inglés, da interesantes detalles sobre la Iglesia anglicana y sus rentas. El bajo Clero consta en la Iglesia Oficial de Inglaterra de 13.054 *clergomen* con mujer é hijos: 6.752 cobran una renta de 200 á 300 libras esterlinas, ó sea de 19.000 á 46.875 reales; 1.882 clérigos tienen mayor sueldo, sumando entre todos 1.463.311 libras, ó sean reales vellón 135.308.181, lo que, suponiendo que todos tengan la misma renta, dan para cada uno 772 libras esterlinas, ó sean 72.325 reales.

Nueve eclesiásticos reciben 2.000 libras esterlinas, ó sean 175.000 reales. El rector de Wirbeach percibe anualmente 2.080 libras, ó sean 201.750 reales, y el de Hasal 5.000 libras ó sean 468.125 reales.

Las prebendas más lucrativas están en Inglaterra; 13.547 beneficios representan un valor de libras 4.277.061, ó sean 400<sup>00</sup> millon 274 464 reales. La renta de los Prelados es de 4.000 á 5.000 libras esterlinas, ó sea de 375.003 á 468.750 reales.

El Obispo de York recibe un millon de reales próximamente de renta anual, lo mismo que el de Londres; el de Durham unos 800.000 reales, y el Arzobispo de Contorbery, Primado de Inglaterra, tienen 15.000 libras esterlinas de renta, ó sean 1.505.250 reales.

En comparacion de estas cantidades, las dotaciones del Clero católico, aun en los países donde se encuentra mejor retribuido, son verdaderamente mezquinas, especialmente en España, donde la dotacion del Clero, más que dotacion, es una retribucion justisima.